

5  
E P I T H A L A M I A  
I N N U P T I A S

C L . V I R I

J O H A N N I S B U R M A N N I ,

M E D . D O C T O R I S E T B O T A N I C E S

A P U D A M S T E L Æ D A M E N S E S P R O F E S S O R I S ,

E T

L E C T I S S I M A E V I R G I N I S

A D R I A N A E V A N B U E R E N .

A<sup>o</sup>. M D C C X X X I . *ad diem* XXIX. *Maji*,

C E L E B R A T A S L E I D A E



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

EXPERTISSIMO CLARISSIMOQUE

V I R O

JOHANNI BURMANNO,

MEDICINAE DOCTORI,

ET

BOTANICES IN CULTISSIMO AMSTELAEDAMENSIVM  
H O R T O

PROFESSORI DIGNISSIMO,

LECTISSIMAM VIRGINEM

ADRIANAM VAN BUEREN.

*Domum Ducenti.*



Quem licuit Vatem, licuit cecinisse Medentem,

Ornatum geminâ nobile fronde caput;

Quem quondam dubium, verum quem nuper Amantem

Depinxit lepidis nostra Thalia modis;

Fas mihi fit cantare Virum, cantare Maritum,

Quem face, quem sanctâ lampade lustrat Hymen.

Si privata sequi, si publica vota faventum  
Officii memores mensque manusque velint.  
Carmen amas, Burmanne, toris geniale maritis,  
Ut fluit e venâ paupere, carmen habe.  
Non hîc delicias, non hîc fucata veneno  
Verba leges, fictis obsequiosa notis;  
Qualia sed nivei mores meruere, Fidesque,  
Nudaque Simplicitas, purpureusque Pudor;  
Qualia, nî graciles nimium Natura dedisset  
Ingenio nervos, Candide Jane, meo.  
Pierides, quae fausta tuae praesagia flammae  
Rettulerunt, thalamis concinuere novis.  
Nunc Elegos mea Musa leves, oblita decoris,  
Promit, & incultum fert pudibunda melos:  
Non tamen est facinus, major si victima taurus  
Defit, thuricremis farra dedisse focus;  
Saepe, nec aurato semper cadit hostia cornu,  
Placavit superos agna tenella Deos.  
Illa novum Sponsi titulis accedere vestris  
Nomen, & optato gaudet amore frui;

Illa Tibi dudum meritos gratatur honores,  
Et Dominae in molli fixa tropaea finu,  
Pluraque, constanti quid non patientia vincit  
Pectore? militiae commoda grata tuae.  
Exitus acta probat: sociatae mentis Amantes  
Non caret eventu, quod voluere, bono.  
Sic Tibi sollicitos tandem finivit amores  
Non Adriana alio nata perire Viro;  
Illa Cupidineis nunc demum faucibus telis  
(Candida purpureus sic decet ora Pudor)  
Uritur, & precibus, parili dum flagrat amore,  
Victa, Cytheriacae fit nova praeda Deae.  
Nec mora: furtivis erumpunt blanda labellis,  
Quae grave Virgineum, verba, fatentur onus.  
Mox Venus & Charites subeunt blandique Lepores,  
Parvus & in capto corde triumphat Amor.  
Non jam Virginitas, vitaeque anteacta pudicae.  
Tempora, non formae damna, morantur opus,  
Non aetas, si vera loquar, liberrima curis,  
Quaeque rudes Veneris fingere plura solent.

Blanditiis jam tempus adest, procul este Puellae,  
Quis stola dat mores, sumptaque vitta, probos:  
Deliciis jam tempus adest, procul este Pudicae,  
( Judicio Musae rustica turba meae )  
Quas pia sollicitae custodit cura parentis,  
Et thalamo observat sedula semper anus.  
Pone supercilium, vel carmina nostra, severum,  
Seu matrona legas, seu gravis, illa, senex.  
Libera materies liberrima verba requirit,  
Libera res Amor est, libera Musa mihi.  
Mec moror emeritos adductâ fronte Catones,  
Aetati & Genio convenit illa meo.  
Atque ita quid cesso Vos, o felicia Sponsi  
Pectora! festivis demeruisse modis?  
Candida dum lucent genialibus atria taedis,  
Flavaque conjugio vincula neçtit Amor.  
Tu modo, Tu trepidae fastus jam sponsa puellae,  
Exue, nec sponsi vota morare tui.  
Divide virgineis jamjam suprema labellis  
Oscula, cras positâ virgine Mater eris.

Incipe foecundum sterili praepone lectum,  
Incipe legitimi praemia velle tori.  
Hic Pax, & niveo Concordia mitis amictu,  
Hic Fas omne habitat, cumque Pudore Decus.  
Vicisti, BURMANNE, tuis quam cernis in ulnis,  
Te comitem somni gestit habere fui.  
Adspicis, ut blandos in Te nunc vertat ocellos,  
Nunc gremio teneat lumina fixa suo;  
Et modò se victam prodat, modò molle rubescat,  
Tecta superciliis verba locuta suis.  
Hiſce notis luſtatur Amor, mihi crede, Pudori,  
Hoc timidae ſignum gaudia mentis habent.  
Quid moror? ite pares annis in vota juventae,  
Juſtaque concordi bella movete toro,  
Qualia nî dulces moviſſent ante Parentes,  
Æternum Veſter nos latuiſſet Amor.  
Ite pares animis; jamjam per mutua creſcet,  
Grata Voluptati, vulnera dulcis Amor.  
Ludite, & amplexu viridem exercete juventam,  
Ludite foecundo Nuptaque Virque toro.

Mox,

Mox (ita fata velint) confuso sanguine surgat,

Qui valeat stirpem perpetuare, Nepos.

Quique Patris genium referens Matrisque pudorem

Non uno claros nomine reddat Avos.

**ADRIANUS VAN ROYEN.**



MUSARUM ODE GRATULATORIA

AD VIRUM

CELEBERRIMUM, ERUDITISSIMUM

JANUM BURMANNUM,

CUM LECTISSIMAM VIRGINEM

ADRIANAM VAN BUEREN

*Uxorem duceret.*

APOLLO Mufas alloquens.

**P**lectra movete Lyrae! Phoebi quas sacra colentes  
Pierii montis lucus & umbra regit!

Plectra movete Lyrae! Tempus folemnia pofcit  
Gaudia votivis testificanda modis.

Plectra movete Lyrae! JANUS dum ducit JANAM:  
Filius ille Dei est; Filia & illa Deae.

Sponfus enim proles Mihi cara, & Sponfa Minervae:  
Illa refert Matrem prorfus, & ille Patrem,

B

Hinc

Hinc laetis celebrate diem nunc cantibus, ignes  
Et castos thalami, & foedera sancta tori:  
Sic volo: Sic jubeo: Sic stat sententia: vestris  
Namque est, o Musæ! dignus uterque modis.

MUSARUM Chorus.

Linquite Thespiades Saxosi culmina Pindi!  
Fratrisque jussu Apollinis  
BURMANNI BUERAEque sacras Modulamine laetae  
Cantate fausto Nuptias!  
Pandite nunc Heliconae Deae, cantusque movete!

Jam personent Parnassiae  
BURMANNI BUERAEque recenti nomine rupes,  
Mox imprimendo floribus!  
Ter Felix, o Sponse! domum cui ducere sponsam  
Vinclo jugali contigit;

Splendida quam quaevis, quamque optima dona decorant  
Tam spiritus quam corporis;  
Quam Charites finxere manu, Quam provida Pallas  
Nutrice demulsit sinu.

Hanc Cytherea Venus forma vultuque benigno

Quam plurimis praeponeret.  
Hac visa arderet Mavors, generosus amator:

Hanc deperiret Jupiter.

Ter Felix, o sponsa! Viro quae iungeris, omni

Virtutis aucto gloria;

Quique genus ducit docto de stemmate Patrum,

Virisque magnis inclyto;

Stemmata, fulgenti tantis Doctoribus, ullum

Ut

Ut vix daturum sit pares.  
Fallimur, aut Genti BURMANNAE adstricta Minerva est,  
    Omnisque doctrinae decus.  
Non tamen eximiis illis, Doctissime Sponse,  
    Eges avorum Laudibus.  
Ipse equidem fat multa tibi, fat clara Tropæa  
    Victrice fixisti manu,  
Jamque tuam frontem redimisti & tempora lauro,  
    Lactis Triumpho insignibus.  
Sive Lyram tractas, tenui vel ludis avenâ,  
    Modosve adaptas barbito:  
Seu lustras oculis herbas, & gramina campi,  
    Gratum levamen languidis:  
Sive aliud quid mente agitas, ostendis ubique  
    Apollinis te filium:  
Hinc meritis fulges cumulatus honoribus inter  
    Artis medendi Principes;  
Et clarum summa munus cum laude tueris,  
    Genti tuae assuetum decus.  
Ast! Ast! Sistamus gressus, Hymenæa canamus,  
    Divæ Sacrata Cypriæ!  
Ardent jam taedae, jamque ignibus atria fumant!  
    Jo! Hymen adsis! Jo!  
Ohe! Quanta tibi venient nunc gaudia, sponse,  
    Haud exprimenda versibus!  
Arctis dum Victor Sponsam complecteris ulnis;  
    Jo! Hymen adsis! Jo!  
Hac dulci vitæ fociaque, & conjuge, laetus  
    Dies amœnos transigas;

**BUERAque BURMANNO vivat conjuncta per aevum,**

**Charo beata pignore!**

**Ut patrem plures referant in imagine nati,**

**Matremque plures arguant,**

**Stabit & aucta Domus doctis pronepotibus, omne**

**Et permanebit seculum!**

**Ut super astra volans (Divum sunt fata) perennet**

**Aeterna Laus BURMANNIDUM.**

**CORNELIUS HUGO VONK.**

TER BRUILOFTE  
VAN DEN HOOGGELEERDEN HEERE  
JOANNES BURMAN,  
EN  
JONKVROUWE  
ADRIANA VAN BUEREN.

*Schoon Minerf de nyvre zinnen  
Houdt bezielt door hemelfch vuur,  
Venus wil, dat zy ook minnen  
In een afgesnipperd uur.  
Schoon de weetzucht lichaems krachten  
Met de onwetenheit verbyt,  
Als men dagen knoopt aen nachten;  
Schoon men in een vat zelfs slyt  
Met Diogenes zyn dagen,  
Voelt men niet de Minnevlaegen.*

De geleerde werelt moet  
Onder Cipris vlag ook stryden.

Dus maekt eene kus weér goet

Dat men moet door 't blokken lyden.

Zoo de Min verloor zyn pleit

By het schoon kleinoot der menschen,

Wie zou om de onwetenheit

Zich niet uit de werelt wenschen?

Pallas voer verwoet van zin,

Als Astré, ten hemel in.

Want geen Zoon door't zoet vergaeren

Zou des Vaders gryz verstant

In zyn jonkheit evenaeren.

Wou geen Sokrates de hant

Eener braver Ega huwen,

Kunst zonk met de kist in 't graf.

Och! hoe ras liep 's levens kluwen

Der geleerde Mannen af.

Daer men door de min gedreeven

Wordt vereent door Zoons en Neeven.

Och

Och! hoe schielyk wende dan  
De edle Jofferschap de zinnen  
Van de schatten zonder man,  
Van het ezelaerdigh minnen.  
Deeze bruit hadt noit de zy  
Van een wederga geslooten,  
Was heur Minnaers vryery  
Uit een dwaes begryp gesprooten.  
Neen, 't was edel liefde vier,  
Dat haar drong door merg en spier.

Want geen flaeuwe jongelingen,  
In de laffe min volleert,  
Konden haer tot weêrmin dringen.  
Neen, zy hadt heur hart gekeert  
Naer de deugt en wetenschappen.

BURMAN, die zyn Vaders spoor  
Weet verstandigh naer te stappen,  
BURMAN krygt by haer gehoor.  
Hy weet door zyn aerdigh henglen  
Heur aen zynen wil te strenglen.

Zoo kan zelfs 't Godvruchtigh bloet  
Van de groote BURMANS werken  
Op het maegdelyk gemoet.

BURMANS naem, niet af te perken,

Queekte in haer een' stillen brant:

Maer hoe werdt heur hart bewoogen,

Toen zy zach zyn vlug verstant

En zyn aenschyn, noit betogen

Met een wolk van onbescheit,

Maer gepaste minzaemheit.

Dus wist hy den loop te stuiten

Van die aerdige Atalant

Door het ooft, dat zy zach druipen

Van zyn tong; ze voelt een' brant,

En geneesbre minquetzuuren,

Van deez' Minner, die een schat,

Die onze eeuwen zal verduuren,

In zyn jeugdigh hooft bevat.

Ze ondervint hoe zyne reden

Een metaelen hart kan kneeden.

Laet



Laet de jeugt dan ledigh zyn  
In de nutte wetenschappen.

Oli slyten meer dan wyn.  
Zoo verkrygt men gloritrappen  
En een schoone en wyze maegt,  
Die men door het minziek smeeken  
Noch door laeu gevelei behaegt.  
Dus hebt gy door kunstigh spreeken,  
BRUIDEGOM, uw Bruit vervoert,  
En heur aen uw tong gesnoert.

Hoe ziet ge uw geluk dan steigren,  
Nu uw deeze wederga  
Niets bekoorelyks zal weigren.  
Nu een wyze Tabitha  
U zal koesteren en dekken  
In deez' mainacht zacht en warm,  
En u telkens trekkebekken  
In haer perlemoeren arm,  
En uw jeugt alle oogenblikken  
In de jeugt des jaers verquikken.

Hoe is uw geslacht verheugt  
Dat gy aen het puik der maegen  
In den bloessem uwer jeugt  
Uwe min hebt opgedraegen ;  
En hoe is uw Broêr verblyt  
Dat hy uw gewenscht vergaeren  
Wettelyk hebbe ingewydt  
Voor de heilige echtaltaeren,  
Daer zyn deugt en wetenschap  
Pas beklom dien gloritrap.

Wie trok van verstandigh vleien  
Ryker loon, o Bruydegom?  
Gy weekt door uw tong de keien.  
Gy hebt Junoosheilighdom  
Nu genadert in dees stonden  
Met eene uitgeleeze Bruit.  
Dat uw trou blyve ongeschonden.  
Dat het nootlot spade ontstuit?  
Uwe sterke huwlyksbanden,  
Meer vereent door dierbre panden.

Dat

*Dat gy nu eens ledigh zyt  
Om uw' zuivren gloet te blusschen ;  
Dat gy meer uw lippen slyt  
Door het malsch en klemmend kussen  
Dan uw oli : 't valt toch zoet  
Onder Cipris vlag te stryden.  
Dus maekt eene kus weêr goet ,  
Dat men moet door 't blokken lyden.  
Dus vereent gy uw geslacht  
Door uw vlyt by dag en nacht.*

**JOANNES VAN WENA.**

# VREUGDE ZANG

OP HET HUWLYK  
VAN MYNEN ZEER WAERDEN BROEDER

JOHANNES BURMANNUS,

MET DE DEUGTRYKE EN AENMINNIGE  
JONK VROUWE

ADRIANA VAN BUEREN.

**O** *Huwlyks liefde! o reine min!  
Wie kan uw schoon naer waerde roemen?  
Uw lieflykheen zyn noit te noemen;  
Gy, gy hebt niets dan zoetheit in,  
Gy streelt een kuisch, en eerbaer hart,  
Gy doet ons door 't geheiligt huwen  
De strikken van de wellust schurwen,  
Die oorzaak van veel ramp en smart:*

*Waer*

Waer gy twee zielen bint aen een,  
Daar zien wy melk, en honing vloeien,  
Daar staet de vrede olyf te bloeien,  
Daar woonen de bevalligheen.  
Gy maekt myn BROEDER thans vernoegt;  
Nu by zyn Bruid vol ziels-verlangen  
Hout minlyk in zyn arm gevangen,  
En zig aen hare lipjes voegt:  
Hoe pryst by ADRIANA'S jeugt,  
Haer zagten aert, haer zoete zeeden  
Haer schoon, en haer bevalligheeden!  
Zyn oog verthoont ons zyne vreugt.  
O Tuin van't magtig Amsteldam,  
Wiens kruiden naeuwlyks zyn te noemen!  
Kost gy op een gewasch wel roemen  
Tot lessing van myn BROEDERS vlam?  
O neen, gy beelt geen minnewont,  
Maer ADRIANA'S lieflyke oogen  
Bezitten zulk een groot vermogen,  
Die maken 't quynent hart gezont:  
Leest, leest vernoegt, geagte twee,  
Uw heil groeie aen met uwe jaeren,

Godt wil uw steeds voor ramp bewaeren,  
Blyft staeg verzelt van liefde en vree.  
'K wensch u geluk met hart, en zang,  
Geen tweedragt moet u oit verhindren,  
Teelt lieve, en deugdelyke kindren:  
Maer 'k zwyg. het trouwbet wagt u lang.

FRANCISCUS BURMANNUS.

OP HET HUWLYK  
VAN MYN SEER GELIEFDE BROEDER  
DEN HEERE  
JOANNES BURMANNUS,  
EN MEJUFFROUW  
ADRIANA VAN BUEREN.  
KLINK-DICHT

**G**y krygt dan eindelyk , myn Broeder , voor uw vlyt,  
En naerftighyd beftet in wyshyt te vergaeren ,  
Naer zo veel vrugt , ook in den bloei van uwe jaeren  
Deez onwaerdeerb'ren prys , een MAEGT:wiens zedighyt

My den verdienden lof van haer uitmuntenthyt  
In fchoonhyt en verftant, en aert gebied te fpaeren ;  
Zo is uw liefd' in't endt, naer 't zwerven op veel baeren  
Van onruft, in een rée belant van vylighyt.

Geluk in dezen ftact, en meer dan men kan denken  
Wenfch' ik vereenigt Paer, dat God uw lang wil fchenken;  
Hy zegen' uwen echt met telgen, tot een loon

Van kuische min, die onfe naem, en uwe deugden  
In 't laet're naegeflagt vereeuwigen tot vreugden  
Van beider Stam : Hy geev' uw binnen 't jaer een Zoon.

ABRAHAM BURMANNUS.

FRATRI CONJUNCTISSIMO  
JOHANNI BURMANNO,

ET

DULCISSIMAE VIRGINI

ADRIANAE VAN BUEREN.

S P O N S I S

F E L I C I T E R.

**N**on ita post varios errorum mille labores,  
Et post ambiguae toedia multa viae,  
Et dubios rerum casus gavisus Ulyxes,  
Cum sibi Dulichii litora portus erant.  
Nec sic Trojano lætatus Atrida triumpho,  
Laomedontæas cum superaret opes.

Quam



Quam tu, Jane, datur cui jam gaudere mariti  
Nomine, & optata cingere fronde caput,  
Di votis favere tuis, favere Tuorum,  
Et placida audierunt supplicis aure preces.  
Scilicet hoc pretium misero contingit amanti,  
Hæc pro tot curis præmia reddit Amor.  
Sic Fratri cessura meo mens fata putabat  
Præscia, nec falsum vaticinata fuit.  
Nam modo cum rapido correptas igne medullas  
Sensit, & ardenti corda perusta face.  
Hæsit, & incerto paulatim palluit aestu,  
Nec potuit Paphii pellere tela Dei,  
Saucius ingemuit concepto ardore, magisque  
Arbitrium mentis non tenet ille suæ.  
Quin etiam huc illuc agitur rapiturque furentis  
Instar, & ut Bromio Baccha repleta Deo.  
Atque ita dum querulus desertis errat in agris,  
Frondebis & ventis fata sinistra refert.  
Quærit opem in succis, & forte valentibus herbis,  
Nil tamen heu miserum succus & herba juvant.  
Delius, ut fama est, nullum Peneide captus  
Auxilium Medica sensit ab arte Deus.

Tandem ubi certa subit pulchræ te cura puellæ,  
Detinuit sensus BUERIA, Jane, tuos.  
BUERIA communes longè superare figuras  
Visa, fuit flammæ caussa modusque tuæ.  
Et merito ante alias hujus tibi sola placebat  
Forma, Dionææ digna decore Deæ.  
Illa quidem dura, ac nullis superabilis armis,  
Et teneris flecti nescia blanditiis,  
Ante diu castis precibus, quasi saeva, renitens  
Restitit, ut duro pectore & ore ferox.  
Nunc faciles dans, Jane, manus, tua jura subibit  
Victa quidem fero BUERIA, victa tamen.  
Cinge Cytheriaca, Frater, tua tempora myrtho,  
Ambiat & lætas Idalis herba comas.  
Et victrix tanto nunc dextra superba triumpho  
Cypridis inponat tura merumque focis.  
Interea o animæ concordēs vivite, vestram  
Nil, nisi mors, valeat rumpere, fera fidem.  
Vivite concordēs, fortunatissima certe  
Pectora, longævos juncta videte dies.  
Vivite, & innumeram foecundo sanguine stirpem  
Ducite, quæ claram fulciat aucta domum.

Quæ

Quæ voveo , eventura reor , Deus ipse precanti

Omine felici prospera signa dedit.

Et Lucina favens , cui vincla jugalia curæ ,

Maturum justo tempore solvet onus.

Tvm Tua , quæ Sponsæ , Frater , nunc nomine gaudet ,

Lætior accepto pignore Mater erit.

PETRUS BURMANNUS.

LIT. STUD.

Quintus, etiam non, hinc de  
etiam de...  
In lucis...  
Maximum...  
Tom...  
L...

PETITIS BUNARAY

...